quin motus poſſit eſſe in infinitū velocioꝛ. Et tunc.

❡ Ad decimūquitū negatur ꝙ repugnet ei ex ꝯmuni rōne motus: qꝛ maioꝛ velocitas nō hꝫ oppoſitionē ad cōmunē rōnē motus. Et ſi dicat̃ hoc nō ſufficit ad intētionē phī qꝛ aduerſariꝰ dicet ꝙ nō eſt dabilis velocioꝛ ꝓpter deffectū potētie de hoc alias.

AD quartū ſic ꝓcedit̃. Videtur ꝙ motus non ſit quia partes eius non ſunt: ꝗ motus non eſt patet ꝯſequētia: qꝛ effectus non poteſt eſſe ſine cauſa ſua q̃tū ad eē ſed motus depēdet a ſuis partibꝰ tanq̃ a ſuis cauſis quo ad eſſe ergo ſi partes non ſint nec motus erit antecedens patet: quia non ſunt cauſe quo ad fieri quia nō efficiūt. Sed contra eſt phūs.

❡ Reſpondeo dicendū ꝙ phūs poſtq̃ oſtendit de diuiſione motus ⁊ oꝛdine partium eius conſequenter agit de ſtatu ⁊ quiete ꝓ quo ſit pꝛima cōcluſio.

❡ Omne qđ ſtat mouetur patet. qꝛ ſtare dicit tēdētiā ad quietē ſed impoſſibile eſt ꝙ aliquid ſimul qeſcat ⁊ tēdat ad quietem ergo quod ſtat mouet̃. Ex hac concluſione ſequitur ꝙ omne quod ſtat: ſtat in tempoꝛe: patet. quia quod ſtat mouetur ſed oē mobile mouetur in tempoꝛe ergo vlterius ſequitur ꝙ in ſtatu non eſt dare pꝛimum. quia ſtatus non eſt in īdiuiſibili tempoꝛis ſicut neq̃ motus ſed om̄e tempus eſt diuiſibile in infinitū ⁊ in infinito non eſt dare pꝛimum ergo in ſtatu non eſt dare pꝛimum.

❡ Secūda cōcluſio. In quiete nō eſt dare pꝛimum patet qꝛ oīs quies eſt in tempoꝛe ergo. ⁊c. āñs pꝫ. ſicut ꝓbatū eſt de motu: qꝛ motus et quies opponuntur: ſed eadē eſt mēſura cōtrarioꝝ ergo. Ex hijs pꝫ differentia inter motū ⁊ quietē qꝛ illđ dr̃ quieſcere qđ ſm̄ ſe totū ⁊ ſuas partes ſilr̃ ſe hꝫ nūc ſicut priꝰ/ ſꝫ īpoſſibile ꝙ illđ qđ mouet̃ ſimilit̃ ſe habeat ꝗ. ⁊c.

❡ Cōcluſio tertia. Motus eſt patet: qꝛ iudiciū ſumendū eſt a bene diſpoſitis. Sed bene diſpoſiti in ſenſibus iudicant motū eſſe ergo motus eſt. Aduertendū tamen ꝙ iſta concluſio ſcđm philoſophū non indiget pꝛobatiōe ſed pꝛeſupponit̃ in philoſophia naturali vnde idem dicit ꝙ licet aliqui hoc negauerint verbo non tamen mente.

❡ Contra hanc cōcluſionē ar̃. ſex ratiōibus zenonis recitatis a phō quarum pꝛima eſt talis. Si aliquid poſſet moueri de loco ad locum pꝛius pertingeret ad mediū ſpacij q̃ ad terminū ⁊ adhuc pꝛius ad mediū medij q̃ ad mediū ⁊ cū ſpaciū ſit diuiſibile in infinitum opoꝛteret mobile infinitas partes pertranſire ſed hoc eſt impoſſibile ergo.

❡ Secūda ratio q̃ in textu dr̃ achiles. Si poſſibile eſſet aliquid moueri de loco ad locū ſeq̄retur ꝙ velociſſime motū nunq̃ attingeret tardiſſime motum ꝯñs eſt falſum ⁊ patet ꝯña / qꝛ ponatur velociſſime motū in pꝛincipio alicuius ſpacij ⁊ tardiſſime motū in medio ⁊ ſimul incipiāt moueri. Cum ergo velociſſime motū non perueniat ad illđ mediū niſi in tempoꝛe vel ergo cū illic peruenerit adhuc ibi erit tardiſſime motum vel in aliquo puncto anterioꝛi ſi ſit adhuc ibi cū adhuc pꝛius eſſet ſeq̄tur ꝙ quieuit: ⁊ tamen ponebatur ipſa ſimul incepiſſe motum ergo. Si ſit in aliquo puncto anterioꝛi cum velociſſime motum a medio ad illum punctum nō veniet niſi in tempoꝛe argueretur vt pꝛius ⁊ ſic velociſſime motum nunq̃ poterit cōiungi cū tardiſſime moto.

❡ Tercia ratio nichil mouetur dum eſt in aliquo loco ſibi equali ſꝫ ſagitta que maxime apparet moueri in quolibet nunc tempoꝛis eſt in loco ſibi equali ergo non mouetur.

❡ Quarta ratio. Si poſſibile eſſet aliquid moueri ſequeretur ꝙ tempus duplum eſſet equale dimidio ⁊ ecōtra cōſequēs eſt falſum ergo patet ꝯña ſumendo tres magnitudines equales vnam quieſcentem que ſit a. a. a. ⁊ duas contra ſe motas equali velocitate ⁊ ſimul incipiāt moueri quarum vna ſit. b. b. b. et alia ſit. c. c. c. ⁊ ponatur pꝛincipium magnitudis b. ſupꝛa pꝛincipiū magnitudinis a. ⁊ pꝛincipiū magnitudis c. ſupꝛa pꝛīcipiū magnitudis b. tūc arguitur. Cū pꝛincipiū magnitudis b. ꝑueniet ad mediū magnitudis a tranſibit totā magnitudinē c. ⁊ non tranſibit niſi mediū magnitudis a. ſed magnitudo c. eſt dupla medio magnitudis a ⁊ creſcēte magnitudine creſcit tp̄s ſuppoſita equali velocitate ergo tēpus in quo b. tranſit magnitudinē c. eſt duplū ad tp̄s in quo trāſit mediū magnitudinis a. ⁊ tm̄ ī eođ tp̄e hec duo tranſeunt ergo duplū eſt eq̄le dimidio.

❡ Quinta ratio. Si eſſet poſſibile aliquid moueri ad aliquam foꝛmam puta de non albo ad album cū id quod mouetur cum mouetur ſit in neutro terminoꝛum ſequeretur ꝙ inter album ⁊ non album daretur medium ⁊ ſic erit dare medium inter contradictoꝛia quod eſt impoſſibile.

❡ Sexta ratio illud non mouetur localiter quod ſemper eſt in eodem loco ſed coꝛpus circulare puta celum ſemper eſt in eodem loco ergo non mouetur.

❡ Septimo ar̃. Si motus eſſet hoc maxime eēt: qꝛ aliquod mutatum eſſe continuatiuum partiū eius eſt ſed pꝛobo ꝙ non/ quia ſequeretur ꝙ motus eſſet in inſtanti quia aliquod cōtinuatiuum partiū eius eſt in inſtanti ergo motus dicetur eſſe in inſtanti. Item ſi motus diceretur eſſe quia aliquod mutatū cōtinuatiuū eius eſt ſequeretur ꝙ a ꝓpoꝛtiōe equalitatis fieret actio patet ꝯña. Ponēdo ꝙ mediū ꝑ quod lapis mouetur ſolum per inſtās terminatiuū hoꝛe ſit equalis reſiſtentie cum virtute motiua lapidis tunc patet ꝙ iſte lapis mouetur in pꝛima hora ⁊ in ſcđa. quia mediū eſt minoꝛis reſiſtentie ergo iſti motus continuantur ita ꝙ in inſtanti terminatiuo pꝛime hoꝛe eſt aliquod mutatū eſſe īcitatiuū vnius ⁊ finis alterius ergo tunc motus dicitur eē.

❡ Octauo nō ſunt ponēda inſtātia indiuiſibilia in tempoꝛe ergo nec mutata ī motu. Āñs patet quia q̄ro in quo eſt inſtās ſubiectiue vel ī ſubiecto diuiſibili vel indiuiſibili. Si pꝛimum ergo eſt diuiſibile Saltem per accidēs ideo eñ albedo eſt diuiſibilis quia eſt in ſubiecto diuiſibili. Item ſi mutatū eſſet tunc aliquid ſimul generaretur ⁊ coꝛrumperetur qꝛ mutatum eſſe ſolum durat per inſtans in motu foꝛte concedis contra. v. phi. dictum eſt ꝙ generatio ⁊ coꝛruptio contrarientur propter oppoſitos terminos ſed qualitercunq̃ capiatur coꝛruptio ſemꝑ habet terminum oppoſitum termīo generatiōis. Itē quod indiuiſibiliter coꝛrumpitur coꝛruptum eſt ergo ſi mutatum eſſe coꝛrūpatur in inſtanti in quo eſt ſequitur ꝙ eſt ⁊ coꝛruptum eſt.

❡ Nono arguitur ad idē. Ponēdo ꝙ deꝰ creet angelum ⁊ eū immediate poſt hoc annihilet celo quieſcente. Tunc quero an eodem inſtanti numero menſurabitur illa creatio. ⁊ annihilatio ⁊ tūc ſequitur illud inſtans eſſe diuiſibile quia ſecundū vnam partem menſurat creationem. Si vero ſit aliud inſtans tunc ſequitur ꝙ inſtans ſit immediatum inſtanti.

❡ Ad pm̄ū dr̃ ꝙ ibi ſunt īfinita in potētia ineq̄lia.

❡ Et ad ſcđm dr̃ eodē modo vñ phūs dicit ꝙ illud ſupadditū de velociſſime moto additur ad tragediā ideſt admirationē inducendā. Cōmuniter dr̃ ꝙ